



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 57.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 56.
 1 Aim. ib. c. 5.
 Gallontam &
 VVallontam

sal Childoucu

Chilpericus / Gachilifindam sororem Brunichildis habuit vxorem; relinquens Fredegundem, & alias quas habebat vxores. Postea transcendens sacramentum quod Gothorum legatis dederat, quod nunquam Gachilifindam de culmine regni degradaret, ipsamque suggillare fecit. Post cuius transitum Fredegundem denuo accepit vxorem, reputantes vero eius fratres quod suo ingenio Gachilifinda fuerat interepta, eum de regno eiiciunt. Habebat Chilpericus de prioris regina Audouera tres filios Theodebertum, Merouicum & Clodouicum.

Caput 57.
 Aim 3. ca. 11.

Huni in Gallias venire conantur, aduersus quos Sigibertus cum magno aggreditur exercitu. Huni magicis artibus instructi, multis fantasiis ostentis, exercitum Sigiberti metu concutiunt; terga vertunt. Sigibertus à Hunis circumdatur, sed suæ prudentiæ dona offerens liberatur. Nec ei quicquam hæc conditio fecit opprobrij. Pacem sempiternam cum Hunis firmavit & à rege Hunorum condignis muneribus honoratur.

Caput 58.

Sigibertus præcepit Aruenis ciuibus Arelatem occupare. Iubente Gunthramno à Celso Patrio Aruerni Arelato trucidati sunt.

Caput 59.

val. Gadsundam. Aim. 3. c. 27.

Athanagildo rege Hispaniæ defuncto, Levva cū Levvildo fratre regnum assumit. Moritur Levva. Levvildus integrum Hispaniæ regnum tenet; habens & Gaisuindam vxorem matrem Brunichildis.

Caput 60.

Eodem tempore defuncto Constantinopoli Iustiano Imperatore, Iustinus ambiuit imperium, vir iniquus & cupidus. Ad quem Sigibertus legatos

105